



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 104. Primi Legati responsum ad Caselii orationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

corporis animique supplicia. Nostra s<sup>o</sup>- Sæc. XVI.  
 cordia, ne dicam, ignorantia, ab Apo- A.C. 1546.  
 stolica Sede privilegia Regularibus impe-  
 travit: ip̄i totum nostri ministerii pon-  
 dus sustinent: nos proventibus, nos illius  
 honoribus fruimur, & tamen conqueri-  
 mur.

Hisce Caselii dictis totus Patrum  
 confessus applaudebat.

#### §. CIV.

#### *Primi Legati responsum ad Caselii orationem.*

**H**ujus Præfulis orationem exceptit *Pallav. n. 5.*  
 Præsidum primus, habitaque ra- *Fra Paolo*  
 tione ad ea, quæ Pachecus Cardinalis *hist. Conc.*  
 nuper proposuerat, exposuit, quod fa- *T. id. l. 2.*  
 tius foret illi negotio, quod præ mani- *ad hunc ann.*  
 bus versatur, nunc operam dare; his  
 dictis idem sermonem ad Fesulanum An-  
 tistitem convertit, atque illum his ver-  
 bis alloquebatur: *Qui divinum ad judi-*  
*cium provocant ob gregem sibi concredi-*  
*tum, cum ab extevis abripitur, cur ani-*  
*mo non reputant, a Regularibus illorum*  
*partes expleri ab ipsis neglectas? si vero*  
*Pontifex familias adeo de Ecclesia bene*  
*meritas privilegiis exueret, illæ conti-*  
*novo concionandi laborem desererent cum*  
*ingenti fidelium detimento. Postre-*  
*mo hæc subjunxit: Vos, Patres, ad*  
*id*

Sæcul. XVI. id selecti studete Decreta conficere exma-  
A.C. 1546. goris partis sententia.

Referunt nonnulli, quod Legati a Fes-  
sulano Episcopo exemplar orationis,  
quam is declamavit, postularint, illud-  
que tanquam seditiosum libellum Ro-  
mam transmiserint, summoque Pontifi-  
ci suggererint, haud abs ratione procu-  
randum esse, ut hic Episcopus Tridento  
faceat, atque Clodiensis Episcopus illi  
haud absimilis, cum adverfæ valetudi-  
nis suæ obtentu recefisset, non amplius  
illuc revertatur. Attamen Pontifex  
circa ambos hosce Episcopos respondi-  
se dicitur, se suo tempore ac loco op-  
portuna daturum remedia. Ceterum,  
ut ut res se habuerit, id certum est,  
quod Legati interrupta hac Congrega-  
tione aliam ad diem decimam octavam  
Maji indixerint.

### §. CV.

*Alia Congregatio de danda Regula-  
ribus facultate prædicandi &c.*

Pallav. l.c.  
t. 4. n. 7.

In hac Congregatione Massarellus, qui  
Synodi Patribus a secretis erat cuncta  
in aliis congressibus proposita Cervino  
ac Polo præsentibus recensuit, ubi præ-  
primis norma proponebatur cuiusdam  
Decreti, quo statueretur, quod Regu-  
laribus alibi quam in Ordinis sui Eccle-  
siis